

15.

Læta te muri recipit Kônigsberg,
 Præbet & tutum locis asylum,
 Jamque concursu procerum resplendens
 Aula coruscat.

16.

At foris urgent, patriamque vastant
 Hostis & Civis, duplice trita
 Marte languescit, gemebunda cœci
 Victima belli.

17.

Intus effurgit, sed amor ruentis
 Patriæ, Regnum generosus ultro
 Abdicas, genti placidæ datus
 Gaudia pacis.

18.

Pulchrior cedens folio resurgis,
 Altior toto micat orbe virtus,
 Major & spredo diurna fulget
 Gloria Regno.

19.

Jura sed fidæ positurus oræ,
 Præsa neu sternas, nova temulentis
 Grata sunt unis, sit amicenare rectis
 Præsa vetustas.

20.

Jam diu faustos sine marre soles
 Duximus, Rostris Themis imperabat,
 Atibus Pallas, erat & camenæs
 Præses Apollo.

21.

Nolla furevis violata stupris
 Tecta lugebant, scelus omne leges
 Mosque plectebant, sua queisque slabant
 Præmia factis.